[illegible]

A. DE RESVRRECTIONE DNI IN EVGL'O AD LAVDES.

A. Post passionem domini factus est conventus quia non est inventum corpus in monumento lapis sustinuit perpetuam vitam monumentum reddidit celestem margaritam aevia. A. Surgens ihc. A. Nolite expavescere. R. in die sco ad p'ma 7 ad. viiii.

A. Scio quod iesum queritis crucifixum surrexit aevia. A. Iesum qui crucifixus est queritis aevia non est hic surrexit enim sicut dixit vobis aevia. A. Cito euntes dicite discipulis quia surrexit dominus aevia. A. Et recordate sunt verborum eius et regresse a monumento nunciaverunt hec omnia illis undecim et ceteris omnibus aevia. A. Oportebat pati xpm et intrare in gloriam suam aevia.

A. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de iesu dum loqueretur nobis in via aevia.

A. Cognoverunt discipuli dominum aevia in fractione panis aevia. A. Inclinavit se maria prospexit in monumentum vidit duos angelos in albis sedentes aevia.

A. Ardens est cor meum desidero videre dominum meum quero et non invenio ubi posuerunt eum aevia. A. Ite nunciate fratribus meis aevia ut eant in galyleam ibi me videbunt aevia aevia aevia. A. In galylea ihm videbitis sicut dixit vobis aevia. A. Aevia. Resurrexit dominus aevia sicut dixit vobis aevia aevia. A. Aevia. Quem queris mu. R. in. s. nocte ad compl. A. Alleluia Noli flere maria aevia resurrexit dominus aevia aevia. A. Ego sum alpha et ω primus et novissimus et stella matutina ego clavis david aevia.

A. Surrexit dominus de sepulchro qui pro nobis pependit in ligno aevia aevia aevia.

A. Surrexit dominus de sepulchro qui pro nobis pependit in ligno aevia.

A. Surrexit xpc et illuxit populo suo quem redemit sanguine suo aevia.

A. Crucifixus surrexit a mortuis et redemit nos aevia.

A. Crucem scam subiit. A. Iesum quem queritis non est hic sed surrexit recordamini qualiter locutus est vobis dum adhuc in galylea esset aevia.

A. Crucifixus resurrexit aevia. FERIA SCDA INVITATORIV.

Surrexit dominus vere aevia. P. Venite exultem. H. I. N. A. Nolite expa

License: cc-by – [sine loco], codices restituti, , 12v – Gottschalk Antiphonal (https://fragmentarium.ms/view/page/F-75ud/864/44530)